

te en mi oración; que mi virtud sea verdaderamente sólida, sin escrúpulos ni culpables descuidos; y que el Espíritu Santo se digne concederme sus celestiales dones. Amén.



Modo de hacer la votación

PARA RECIBIR
À ALGUNA ASPIRANTE, Ó PARA
QUE SE ADMITA
À ALGUNA PERSONA À LA
TOMA DE HÁBITO Ó
PROFESIÓN RELIGIOSA.

En capítulo se anuncia el día y la hora en que han de reunirse las Religiosas que tienen voto. A la hora señalada, puestas de rodillas rezan:

Veni, Créator Spíritus,
Mentes tuórum vísitá,
Imple supérna grátia,
Quae tu creásti, péctora.

Qui diceris Paráclitus,
 Altissimi donum Dei,
 Fons vivus, ignis, cháritas,
 Et spiritalis únctio.

Tu septifórmis múnere,
 Dígitus patérnae déxterae,
 Tu rite promíssum Patris
 Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus:
 Infúnde amórem córdibus,
 Infirma nostri córporis
 Virtúte firmans perpéti.

Hostem repéllas lóngius,
 Pacémque dones prótinus:
 Ductóre sic te praevio
 Vitémus omnes nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
 Noscámus atque Fílium,
 Teque utriúsque Spíritum
 Credámus omni témpore

Deo Patri sit glória,
 Et Fílio, qui a mórtuis
 Surréxit, ac Paráclito,
 In saeculórum saecula. Amen.

ÿ. Emítte Spíritum tuum,
 et creabúntur.

℞. Et renovábis fáciem ter-
 rae.

ORÉMUS.

Deus, qui corda fidélium
 sancti Spíritus illustratióne do-
 cuísti: da nobis in eódem Spí-
 ritu recta sápere, et de eius
 semper consolatióne gaudére.
 Per Christum Dóminum no-
 strum. ℞. Amen.

ÿ. In Conceptione tua, Vir-
 go, immaculáta fuísti.

℞. Ora pro nobis Patrem,
 cuius Fílium peperísti.

ORÉMUS.

Deus, qui per Immaculátam
 Vírginis Conceptionem dignum
 Fílio tuo habitáculum praepa-
 rástí: quaesummus; ut qui ex

morte eiusdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos eius intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum.
R). Amen.

ANTÍFONA. Ego sum Ráphael Angelus, qui asto ante Dominum: vos autem benedicite Deum, et narrate omnia mirabilia eius.

ŷ. Stetit Angelus iuxta aram templi.

R). Habens thuribulum aureum in manu sua.

ORÉMUS.

Deus, qui beatum Raphaélem Archangelum Tobíae famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis; ut eiusdem semper prote-

gamur custodia, et muniamur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

ŷ. Ora pro nobis, beate Pater noster Francisce.

R). Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORÉMUS.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Patris nostri Francisci méritis, foetu novae prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terréna despícere, et coeléstiú donórum semper participatióne gaudere. Per Christum Dominum nostrum.
R). Amen.

ŷ. Ora pro nobis, beata Mater nostra Clara.

R). Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORÉMUS.

Fámulos tuos, quaésumus
Dómine, beátae Vírginis tuae
Matris nostrae Clarae votívam
commemoriatióem recensén-
tes: coeléstium gaudiórum sua
fácias interventióne partícipes,
et tui Unigéniti cohaerédes.
Per Christum Dóminum no-
strum. R̄. Amen.

ŷ. Ora pro nobis beáta Ma-
ter nostra Coléta.

R̄. Ut digni efficiámur pro-
missiúnibus Christi.


ŷ. Omnes sancti Angeli et
Archángeli.

R̄. Intercédite pro nobis.

ŷ. Omnes Sancti et Sanctae
Dei.

R̄. Intercédite pro nobis.

*En seguida se procede á la
rotación en la forma acostum-
brada.*



FÓRMULA

DE LA ABSOLUSIÓN GENERAL PARA
LOS REGULARES DE CUALQUIE-
RA ORDEN QUE GOCEN
ESTE PRIVILEGIO.

Ant. Ne reminiscáris, Dómi-
ne, delicta nostra, vel parén-
tum nostrórum; neque vindi-
ctam sumas de peccátis no-
stris.

Kyrie eléison. Christe eléi-
son. Kyrie eléison.

Pater noster.

✠. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed libera nos a malo.

✠. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℞. Et salutáre tuum da nobis.

✠. Dómine, exáudi oratió-nem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

✠. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

ORÉMUS.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, súscipe deprecationem nostram; ut nos et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constringit, miserátio tuae pietá-tis cleméner absólvat.

Exáudi, quaesumus Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tribuas benignus et pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleméner osténde: ut simul nos et a peccátis omnibus éxuas, et a poenis quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, poeniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius respice; et flagélla tuae iracúndiae, quae pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Christum Dóminum nostrum. Amén.

Ahora se dice por las circunstancias el Confiteor.

El Sacerdote añade:

Misereátur vestri, etc.

Indulgéntiam, etc.

Dóminus Noster Jesus Christus per mérita suae sacratíssimae passiónis vos absolvat, et grátiam suam vobis infúndat. Et ego, auctoritaté ipsíus, et beatórum Apostolórum Petri et Pauli et Summórum Pontíficum Ordini nostro ac vobis concéssa, et mihi in hac parte commíssa, absolvo vos ab omni vínculo excommunicatiónis, maióris vel minóris, suspensiónis et interdicti, si quod forte incurristis, et restítuo vos unióni et participatióni fidélium, nec non sacrosanctis Ecclésiæ Sacraméntis. Item eádem auctoritaté absolvo vos ab omni transgressióne votórum et régulae, constitutiónum, ordinatiónum et admonitiónum maiórum nostrórum, ab

ómnibus poeniténtiis oblitis, seu étiam negléctis, concédens vobis remissiónem ómnium peccatórum, quibus contra Deum et próximum fragilitate humana, ignorántia, vel malítia deliquistis, ac de quibus iam conféssi estis. In nómine Patris, ☩ et Fílii, et Spíritus sancti. R. Amen.

A. M. D. E. V. G. G.